



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

414. De filiis concubinarum, ne ad clerum assumantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Vide lib. 7.
Cap. tilar.
c. 51.

pauca. Si corpore sauciatum aut debilem nequaquam sancta contingere lex divina prohibet, quanto magis doni cœlestis dispensatores non convenit, quod est deterius, mente perculsos?

Caput 412. vicem obtinebat lemmatis in editione Helmstediensi. Quoniam vero hic titulus non conveniebat capiti 413. in quo de diversa prorsus materia agitur, nos, ne quid remorari posset lectorem, singula distinximus. Tum lemmata his duobus capitibus addidimus ex nostro.

De filiis concubinarum, ne ad clerum afflumantur. Ex Concilio Aurelianensi, cap. x.

Concil. Aure-
lian. 3. c. 9.
Burchard. lib
2. c. 19.

CCCCXIV. De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas habuerunt, & defunctis uxoribus sibi concubinas publicè sociaverunt, id observandum censuimus, ut sicut eos qui jam Clerici per ignorantiam ordinari sunt non removemus, ita statuimus ne ulterius ordinentur.

De raptoribus virginum & viduarum. Ex Concilio Meldensi cap. LXI.

Concil. Meld.
c. 64.
Vide infra lib.
2. c. 159.

CCCCXV. Raptore virginum & vi-
duarum, qui etiam postea voluntate parentum
eas quasi desponsatas sub dotalitij nomine in
conjugium duxerunt, publicè pœnitentiæ sub-
jungantur, & post publicam pœnitentiam, ne
in pejus corruant, iterum convenientes de ce-
tero eleemosynis & ceteris quibuscumque sal-
vificæ conversationis actionibus infervire